



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæstio 1. Quomodo nostras infirmitates portauit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

reddere: nunquid non & Africa sanctorum martyrum corporibus plena est? Et tamen nusquam hic scimus talia fieri. Sicut enim quod Apostolus dicit; Non omnes sancti habent doctrinationum, nec omnes habent diiudicationem spirituum; ita nec in omnibus memoriis sanctorum ista fieri voluit ille, qui diuidit propria unicuique prout vult.

Plane eadem ratio est. Deus omnia dat, sed prout vult, si cui dedit, ut mihi opituletur, cur non eum appellem? Calumnia igitur est ideo eos in morbis inuocari, quia eodem ipsi laborarunt, multa sanctorum millia febribus mortua sunt, aut laborarunt, nec tamen ideo inuocamus.

VERSUS 16.

Vespere autem facto, obtulerunt ei multos demonia habentes: & eiciebat spiritus verbo: & omnes male habentes curauit.

QUESTIO I.

Quid vespere fecit?

Vespere accedunt. §. 1. Nonnulli attulisse vespere, quod inter diu non possent praeturbare, aut putarent licitum non esse propter sabbatum. Forte nonnulli pudori consulentes suo, tempus quo minus noscerentur, quaesierunt. Ratio tamen ipsa, & consideratio temporis ostendit hos in vespere reiectos; nam dum multos curat, centurionem accedit, redit, cenat, fama vulgatur, atque ita, ut quisque poterat, suos adducit.

Furiis non sunt. Verbo eicit, ut absoluta potentia significetur. Cicer. 2. Catil. Ego vehemens ille consul, qui verbo ciues in exilium eicio. Quod ego si verbo consequi possem, istos ipsos eicerem, qui hac loquuntur. Hic igitur pariter loquendi modo, & potestatis visu, apparet diuinitas seu increata potentia, qua non orando, sed imperando operatur.

Beza minime audiendus, qui eos coniungit, qui naturali, & a medicis sanabili furore laborabant. Non enim demoniaci illi vocantur, nec a demone obsidentur, ut suo loco dicam.

§. 2. Inter Iudaeos eo tempore multi demoniaci erant, lapsis moribus, & regnante ubique in cordibus demone. Inter Samaritanos plures, & gentes plurimi; & qui dem multo tempore deinceps vehementer gentium corpora, a demonibus vexata sunt. Tertull. in Apolog. videatur, & Hier. in vita Hilarionis.

§. 3. Bullingerus demoniacos ad duos, aut exorcistas negat adducendos, sed custodiendos, & orandum, fore ut exerat Dei auxilium in coru sanctorum.

In caetu Caluini nunquam demon pulsus. Desperabat homo non incautus posse aliquando a se, suisque demones expelli: nos a Patribus edocti, & ad sanctos, & ad exorcistas demoniacos deducimus. Fecerant id olim Christiani in fidei primordiis Act. 19. Virtutes non qualibet faciebat Deus per manum Pauli, ita ut etiam super languidos ferrentur a corpore eius sudaria & semicinctia, & recedebant ab eis languores, & spiritus nequam egrediebantur.

Et olim coniectum in Helisei sepulchrum cadauer reuixit. 4. Reg. 13. Tu vide Hieronymum Epist. ad Eustochium, Augustinum lib. 22. de ciuit. cap. 8. Basilium in orat. de Hamante, Gregorium Nazianz. & Cyprianum, Amb. de Genuasio & Protasio, Gregor. Nyssenum & Theodorum, Theodoretum de mar yribus ad Graecos. Epiphanium in vita Ezechielis, Isaiae, Ieremiae. Et si vetustiora quaeris Cyprianum Epist. 2. & Epist. 76. ad Magnum; Quod hodie etiam geritur, ut per exorcistas voce humana & potestate diuina flagelletur, & vratur, & torqueatur diabolus: & cum exire se, & homines Dei dimisere saepe dicat, in coramen quod dixe-

rit, fallat, & id quod per Pharaonem prius gestum est, eodem mendacio oblationis & fraudis exerceat.

Fatemur non deducendos ad exorcistas quales sunt in 7. de ver. & extraord. cognit. c. 1. §. medicos. Si incantauit vel imprecatus est, vel (ut vulgari verbo impostorum vrar) exorcizauit; non sunt ista medicina genera. Illos enim impostores iudicauit Vlpianus Alexandri Imp. Consiliarius, ita enim de Christianis iudicabant, Tacitus Suetonius, alii. Lex autem non veros exorcistas, sed impostores constringit.

Quod si etiam antiquiora spectemus, habemus Tertull. Apol. cap. 23. Atquin omnis hac nostra in illis dominatio & potestas de nominatione Christi valet, & de commemoratione eorum qua sibi a Deo per arbitrium Christum imminencia expectant. Christum timentes in Deo, & Deum in Christo, subiunguntur seruis Dei, & Christi. Ita de contractu, deque assatu nostro, contemplatione, & representatione ignis illius correpti, etiam de corporibus nostro imperio excidunt inuiti & dolentes, & vobis praesentibus erubescunt. Credite illi cum verum de se loquuntur, qui mentientibus creditis. Nemo ad suum dedecus mentitur, quin potius ad honorem. Hac denique testimonia Deorum vestrorum Christianos facere consueuerunt quia plurimum illis credendo in Christo Domino credimus.

Quod si antiquissima mauis, adeatur Areopagita Eccles. Hierarchiae cap. 2. Nam quae Ioseph. lib. 8. de exorcistis Salomonis habet, in dubium vocari possent. Si denique vetera, media, noua & admiranda quispiam desiderat, legat doctissimum & accuratissimum scriptorem Petrum Thyraeum huius Academiæ aliquando Professore de demoniacis pag. 3. c. 43. & consulet quos ipse citat & plurimos & fidissimos.

VERSUS 17.

Ut adimpleretur quod dictum est per Isaiam Prophetam, dicentem, ipse infirmitates nostras accepit: & agrotationes nostras portauit.

QUESTIO I.

Quomodo nostras infirmitates portauit?

§. 1. Apud Isaiam ita legitur, vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Euangelista vocat dolores, & vobis, infirmitates & morbos. Tertull. vocat valetudines. Septuaginta verterunt τὰς ἀποκρίσεις in se suscepit, סבל Sabal, quali humeris tulit.

De doloribus Christi Petrus accipit, Ep. 1. c. 2. 24. & quidem crucis. Matthaeus & Petrus facili negotio conciliari possunt. Christus enim nostros morbos portauit, & pertulit, non modo quia eius dolore sanati sumus, hoc est, passione sua peccata iustulit; sed etiam quia idcirco se exinanivit formam serui accipiens, & corpus mortale, ut nostris languoribus mederetur corporis & animae curator. Tulit autem, & a nobis abstulit, non patiendos tartareos damnatorum dolores, sed molestias huius vitae, mortisque ditatem. Hinc apparet quam impia sit argumentatio catechismi Heidelbergiani; probat enim Christum oportuisse nostros dolores ferre, quia nos ab illis liberauit: nam a quo nos liberauit, id ferre debuit. Ea de re agitur cap. 27. & locum citabo & verba. Hac sententia Prophetae blasphemam rationem fulminat. Demoniacos, leprosos, febrientes, caecos, maleducos, malis suis Dominus liberauit, nec ferre debuit tamen illa debuit. Cur igitur fuit opus, eum infernos impii, & damnati hominis cruciatus subire, ut ab

ut ab illis nos redimeret? An parum preciosus, parum
efficax est sanguis agni immaculati, aut euandum
eum sentiat Caluinilla, nisi addit poena hominis da-
mnati? bene Arminiani sibi consulerunt, vt habet
Barlaam in B. germano *ελεγχόμενος*, dum monstra
illa impietate sabnegrunt.

VERSUS 18.

*Videns autem Iesus turbas multas
circum se, iussit ire trans fretum.*

QVÆSTIO I.

Quo progressus & quando?

§. 1. **L**ucas & Marcus aiunt in desertum secessisse,
nam translacum erat solitudo.

Beza nostrum interpretationem reprehendit hunc in
modum. [Iussit vt abierat, *οὐκ ἔστιν αἰτελεῖν*, id est,
in dixi profectio, pro quo Gallice dixeris: Il com-
manda quonallast. nec enim ita est hoc accipiendum;
quasi dicit pulos trans lacum ablegauit, vt qui vna cum
ipsis transiisse postea dicatur: sed significauit illis, se
transire lacum constituisse, nempe vt nauigium, &
cetera necessarii compararentur. Itaque vulgatam
interpretationem: iussit discipulos ire trans fretum
(præterquam quod addit de suo vocem, *Discipulo;*
neque *πέραν* fretum significat) vt ambiguum meri-
tridit, to mutati. In vite iorem (tiam) eis *πέραν* vulg.
trans fretum, id est, *πέραν τῆς θαλάσσης*, vel *περὶ τῆς*.
Erat enim sita Caphernaum cis lacum Tiberiadis.]

Hic primum respondeo, discipulos in lectione & ire-
cta omitti. Deinde *εἰς τὸ πέραν*, proprie redditur trans
fretum; erat enim ibi lacus angustus & prope reddi
non potest, nisi dicamus, in trans. Syrus *עברא*, in
transitum, seu in trans, quomodo latinis loqui non li-
cet.

§. 2. Ex Matthæo non potest certum tempus coli-
gi, quo transierit lacum in aduersam partem.

Ex Marco intelligitur, post parabolam de semen-
te, aliaque factum; nam cap. 4. v. 35. & ait illis in illa
die: transamus contra.

Ex Luca multo minus ratio temporis haberi po-
test: absolute enim dicit: c. 8. 23. factum est autem in vna
die: transamus contra. quamvis & ille narret post parabolam. Dicen-
dum vero est enarrationem parabolam antecessisse;
quia Marcus dicit expresse, illa die, cum sero esset, trans-
fretasse. Nec obstat quod Matth. 13. 36. dimissis turbis
venit domum, ibi enim cum discipulis priuatim quæ-
dam explicuisset, forte etiam cænasset, sero nauem
ingressus est, nec enim domus longe aberat à mari.

Difficile argumentum obiciunt ex Augustino lib.
2. c. 23. de consensu Evangelistarum. In hac tractatio-
ne ad Gadarenos non erat Matthæus; at in explica-
tione parabolarum fuit, ergo parabola sequuntur nau-
igationem. Ita Augustinus l. 2. de consensu cap. 26.
Hinc ergo sequitur Matthæus dicens: Et cum transiret inde le-
sus, vidit hominem sedentem in teloneo; Matthæum nomine,
& ait illi, sequere me. Et surgens secutus est eum. Hoc Marcus
ita narrat, eundem etiam ipsi ordinem tenens post illius para-
lytici sanitatem: Et egressus est inquit ad mare, omnisque tur-
ba veniebat ad eum, & docebat eos. Et cum prateriret vidit
Leui Alphaei sedentem ad teloneum, & ait illi: Sequere me, &
surgens secutus est eum. Nihil hic repugnat, ipse enim Mat-
thæus, qui & Leui. Lucas etiam hoc post eundem paralyti-
cum sanatum ita subiungit: Et post hæc exiit, & vidit pu-
blicanum nomine Leui sedentem ad teloneum, & ait illi: Se-
quere me. Et relictis omnibus surgens secutus est eum. Hinc
autem probabilis videtur, quod hæc prætermissa recordando
Matthæus commemorat: quia utique ante illum sermonem ha-
bitum in monte, credendum est vocatum esse Matthæum. In
Adami Conzen in Euang. Tom. I.

eo quippe monte tunc Lucas commemorat omnes duodecim ex
pluribus discipulis electos, quos & Apostolos nominauit.

Nondum vocatum fuisse probant ex Matth. c. 9.
v. 9. & cum transiret inde Iesus vidit hominem seden-
tem in telonio, inde id est de domo sua, in quam vene-
rat post reditum à Gerasenis. Fuisse autem in expli-
catione parabolarum ex 2. 3. & 4. Marci probatur: nam
c. 2. 14. vocatur, & c. 13. 17. inter Apostolos recensetur.

Hic apparet non posse ista aliter conciliari, quam
vt vel dicamus cum Vincentio nostro verba Marci illa
die, intelligenda ita esse, vt significant, illo tempore quod
durum est, cum addat id factum, illa die, cum sero fa-
ctum esset: videtur non posse accipi de tempore præ-
terito, ita tamen sentiunt Vincentius, & nonnulli alii,
ideoque parabolam post nauigationem dictas arbi-
trantur. Velea, quæ Matth. 9. 9. habentur, & cum
transiret inde Iesus, sic intelligenda sunt, vt sit, quodam
tempore, cum transiret inde, non vt signentur acta præce-
dentia. Vel certe dicendum in Marco temporis ordi-
nem non esse seruatum. Mihi tamen omnino, cum
Marcus, & diem, & horam diei signet, proprie locu-
tus, Matthæus ordinem temporis non seruasse vide-
tur.

VERSUS 19. 20.

*Et accedens vnus scriba, ait illi; Ma-
gister, sequar te, quocumq; ieris. Et
dicit ei Iesus, Vulpes foveas ha-
bent, & volucres cæli nidos: filius
autem hominis non habet vbi ca-
put reclinet.*

QVÆSTIO I.

Cur scribam non admittit?

§. 1. **E**X responso colligere quodammodo possu-
mus. Non ad verba, sed animum Dominum
attendisse. Videbat admirandam Christi virtutem, modi tem-
pore illi in honore esse, itaque honoris & porali casu-
commodi sui causa videbatur consortium Christi am-
bire: Hæc omnia vna Christus abscondit. Et non mo-
do seipsum, sed Apostolos quoque rerum inopes esse
demonstrat.

Augustinus superbum scribam, & insidiatorem ar-
bitratur. Ch. yf. homil. 28. Hieron. Euthym. Glossa,
concl. i. i. i.

Augustinus Serm. in monte ait: Ita enim quendam
superbum, quantum intelligitur ex verbis ipsius Domini, vltro
secum ire cupientem, à suo discipulatu reuocauit. Sequar te,
Domine, ait, quocumq; ieris. Et Dominus in corde eius inuisibi-
lia videns, Vulpes, inquit, foveas habent, & volatilia cæli ni-
dos: filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet:
hoc est, habitant in te insidie sicut vulpes, habit at superbia sicut
ut cæli volatilia: filius autem hominis simplex contra insidias,
humilis contra superbiam, non habet vbi caput suum reclinet.
Et ipsa reclinatio capitis, non erectio, humilitatis magis est. a. est.
Reuocat ergo istum ire cupientem, trahit alterum recusantem.

Fraudulenter Scribam petiisse putat S. Ambros. e-
narrat. in Psalm. 118. octona 12. Sincero animo egisse Ti-
telmannus & Barradius arbitrantur, sed à Christo rei
difficultatem illi propositam. Barradius tamen in pa-
tram sententia magis acquiescit. Et alibi, inquit Amb-
rosius, cum se fraudulenter interrogari aduerteret, dixit: Vulpes fo-
ueas habent, & volucres cæli nidos vbi requiescant, eo quod
fraudulenter in terrestrium passionum quibusdam latibulu de-
morentur.

§. 2. Non recedunt etiam sectarii, quos tamen illa
hypocritis præcipue eo trahit, vt videantur velle serui-
re Chri-

Adami Conzen
in
Euangelia
Cvi
18